

Band IV., Nr. N20, Seite 327-329

Kaiser Karl (III.) bestätigt dem Kloster Reichenau im Anschluss an Akte seines Großvaters, Kaiser Ludwigs (des Frommen) und seines Urgroßvaters, Kaiser Karls (des Grossen), die Rechte und Freiheiten, namentlich das Recht auf einen Teil gewisser kaiserlicher Einkünfte aus dem Eritgau, Apphagau und Albgau.

Bodmann, 887. April 16.

In nomine sanctae et individuae trinitatis, Karolus divina favente clementia imperator augustus. Enimvero si antecessorum nostrorum, regum videlicet sive imperatorum, maxime quoque monasteriorum coenobiis concessa privilegia nostrae auctoritatis tuitione roboramus, non solum regium morem in eo decenter implemus, verum etiam cum tranquillitatis securitate viventium fratrum orationibus plurimum adiuvari confidimus. Ideoque noverit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria, quia Liutvuardus Vercellensis aecclesiae episcopus et venerabilis vir Ruodhohus abba monasterii sanctae Mariae quod dicitur Augia deducentes nos ibidem in capitulum convenientium fratrum obtulerunt obtutibus nostris quaedam antecessorum nostrorum praecepta gloriosissimi videlicet avi nostri Hludovici imperatoris nec non etiam serenissimi proavi nostri Karoli imperatoris augusti, in quibus continebatur, qualiter supradicti Franchorum principes eidem monasterio per auctoritatis munitionem concesserant, ut nullus publicus iudex neque dux neque comes aut quislibet ex iudiciaria potestate aecclesias, curtes aut loca vel agros seu reliquas possessiones memorato monasterio praesenti tempore subiacentes, vel que deinceps in ius et dominium eiusdem monasterii divinae pietatis augmento pervenerint, ad causas audiendas vel freda exigenda aut mansiones vel paratas faciendas sive fideiussores tollendos aut homines tam ingenuos quam et servos super terram ipsius monasterii commanentes iniuste distringendos nec ullas redibitiones vel bannos aut illicitas occasiones requirendas seu ullum publicum placitum habendum nullis temporibus ingredi vel ea, quae supra memorata sunt, exigere praesumat; et ut censales homines sive familiae, in quibuscumque locis sint constituti, pacem habeant et coram nullo comite aut bannum persolvant aut saeculare negotium habeant, nisi coram abbate vel ipsius monasterii advocato, sed liceat supradicti monasterii rectoribus sub dominicae immunitatis tuitione quieto ordine per omnia possidere; et quicquid exinde fiscus sperare poterat, totum fratribus ibidem domino famulantibus perpetua firmitate regia largitate esse concessum. Insuper etiam obtulerunt nobis scripta, in quibus

II

continebatur insertum, quod Karolus magnus imperator concessisset eidem monasterio theloneum de navibus, quae per flumina discurrebant, nec non et de carris et saugmariis necessaria ipsius monasterii vel congregationis ibidem deo famulantis eiusque familiae deferentibus, undecumque fiscus theloneum exigere potest. Pro firmitatis namque studio postulaverunt nos praedicti venerabiles viri Liutvuart episcopus et Ruodho abba, ut paternum morem sequentes huiusmodi auctoritatis nostrae beneficium eidem concederemus vel confirmarem monasterio. Nec non et praecepta offerentes, quod idem principes Francorum, videlicet gloriosissimus avus noster Hludovicus imperator nec non et serenissimus proavus noster Karolus imperator augustus eidem monasterio concederent quandam partem census seu tributi, quae eis annuatim ex Alamannia solvebantur, videlicet ex centena Erichgovue et Apphon nuncupatam, nec non et decimam de portione quae in Albegevue iacet, seu et nonam ex fisco, cuius vocabulum est Sahsbach, atque etiam et nonam partem tributi, quae ex Prisegovue ad nostrum exigitur opus. Haec autem superius comprehensa pro emolumento animae nostrae ad idem monasterium contulimus, quatenus monachi stipendium necessarium habentes pro nobis alacrius domini misericordiam exorare procurent. Sed et statuentes praecipimus, ut nonae atque decimae, quae pro nostra elemosina praedicto contulimus monasterio, primo antequam summa censuum et tributorum dispertiat, agentibus monasterii dentur et postmodum fiat divisio partium, quae ad nostrum vel comitum nostrorum ius pertinere debent. Nos vero supradictorum venerabilium virorum petitionibus et voluntati satisfacere cupientes etiam antecessorum nostrorum concessa privilegia firmissima largitate roboramus. Et iussimus hoc nostrae auctoritatis praeceptum inde conscribi, per quod discernimus atque iubemus, ut sicuti ab eisdem supra nominatis antecessoribus nostris monasterio et fratribus regia vel imperiali largitate concessum est, ita deinceps nostris futurisque temporibus firmissima ratione permaneat. Et ut hoc nostrae auctoritatis praeceptum in succedentibus annis firmiter habeatur et diligentius observetur, propria manu nostra firmavimus et anuli nostri impressione iussimus sigillari.

 Signum (*Monogramm*) domni Karoli serenissimi imperatoris augusti.

 Inquirinus notarius ad vicem Liutuardi archicancellarii recognovi. (*Rekognitionszeichen.*)

 Data XVI. kalendas Maii, anno ab incarnatione domini DCCC. LXXXVI., indictione V., anno vero regni domni Karoli X., imperii autem VIII. Actum Potama palatio, in dei nomine feliciter. Amen.

—

Der Textabdruck folgt dem angeblichen Original aus der Mitte des 10. Jahrhunderts.

 Ebenso wie Karl KARL BRANDI: Urkundenforschung. In: Archiv

III

für Urkundenforschung 2 (1909), S. 155-166, S. 4, zweifelten auch die Herausgeber des WUB zunächst nicht an der Echtheit der Urkunde, wenngleich das Datum, sowohl was seine Beziehung zu sonst fest stehenden Tatsachen, als das Verhältnis seiner einzelnen Bestandteile unter sich betraf, manche Schwierigkeit bot: Zu Reichenau, wo die Mönche dem Kaiser im Kapitel ihre Bitte um Bestätigung ihrer Privilegien vortrugen, beziehungsweise in dem nahen Bodmann, – wo Gewährung und Befehl Karls wohl schwerlich erfolgt sein werden, sodass das Actum *Potama palatio* sich auf die Beurkundung bezieht, vgl. Ficker: Beiträge Urkundenlehre, Bd. 1, 141 – kann Karl am 22. April im Jahr 886 so wenig als im Jahr 885 gewesen sein (die Urkunde bei HERMANN WARTMANN (BEARB.): Urkundenbuch der Abtei Sankt Gallen, 4 Bde., Zürich und St. Gallen 1863-1899 [unveränd. ND Frankfurt am Main 1981], Bd. 2, 247 fügt sich nicht in das Itinerar). Wohl aber steht fest, dass er am 16. April 887 das Osterfest zu Bodmann feierte, vgl. Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 1, S. 261. Zu diesem Jahr passt auch vollständig die Indiktion V, während die Zahl der Königsjahre statt X XI und die der Kaiserjahre statt VIII (ein achttes Kaiserjahr hat er überhaupt nicht erlebt) VII lauten sollte, um mit dem Inkarnationsjahr zu stimmen, vgl. die Ausführungen von ENGELBERT MÜHLBACHER: Die Urkunden Karls III. In: Sitzungsberichte der Akademie der Wissenschaften in Wien, Philosophisch-Historische Klasse 92 (1878), S. 331-516, S. 371 ff., S. 388 und S. 393 ff. Die MGH und die Regesta Imperii bezeichneten die Urkunde dann hingegen als Fälschung aus der Mitte des 10. Jahrhunderts, geschrieben vom Kanzleischreiber Ottos I., Poppo C. Der endgültige Nachweis der Fälschung wurde bei JOHANN LECHNER: Schwäbische Urkundenfälschungen des 10. und 12. Jahrhunderts. In: MIÖG 21 (1900), S. 28-106, S. 29 f., geführt. Damit erübrigt sich auch die Unvereinbarkeit der Urkunde mit dem Itinerar Kaiser Karls. Ein Siegel war nicht aufgedrückt, dagegen findet sich am rechten unteren Rand eine abgerissene Schnur durch die Urkunde gezogen, an welcher dereinst die Bleibulle angehängt war, wobei zu bemerken, dass aus dem Ausdruck *anulus* in der Corroborationsformel noch nicht folgt, dass die Urkunde mit einem Wachssiegel besiegelt sein müsse, vgl. ENGELBERT MÜHLBACHER: Die Urkunden Karls III. In: Sitzungsberichte der Akademie der Wissenschaften in Wien, Philosophisch-Historische Klasse 92 (1878), S. 331-516, S. 439.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

A 21

Editionen:

MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KAROLINGER, BD. 2: Die Urkunden Karls III, bearb. von Paul Fridolin Kehr, Berlin 1937, S. 317–319, Nr. 189.

Regesten:

CARL GEORGE DÜMGÉ: Regesta Badensia. Urkunden des Großherzoglichen Badischen General-Landes-Archives von den ältesten bis zum Schlusse des zwölften Jahrhunderts, die im Drucke bereits erschienen nach ihrem wesentlichen Inhalte mit Anzeige und kurzer Wür, S. 76 f. (Anhang Nr. 12). Brandi: Reichenauer Urkundenfälschungen, S. 4, Nr. 30 (echt). JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: Regesta Imperii Abt. 1: Die Regesten des Kaiserreichs unter den Karolingern 751-918, Bd. 1, nach Johann Friedrich Böhmer neu bearb. von Engelbert Mühlbacher, 2. Aufl. beendet von Joachim Lechner, Innsbruck 1908. [ND der 2. Aufl. H, Bd. 1, S. 717 f., Nr. 1746 (echt). Repertorium schweizergeschichtlicher Quellen im Generallandesarchiv Karlsruhe, bearb. im Auftrag der Rechtsquellenstiftung des Schweizerischen Juristenvereins sowie des Kuratoriums zur Erschließung Schweizergeschichtlicher Quellen in Ausländischen Archive, Abt. 1, Bd. 1, S. 1, Nr. 4.

Literatur:

Lechner: Schwäbische Urkundenfälschungen, S. 29 f. (Fälschung).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Bodmann

Ortsindex:

Albgau
 Apphagau
 Breisgau
 Eritgau
 Reichenau
Wohnplatz (14588)
 Reichenau, KN
 Sasbach am Kaiserstuhl
EM
 Sasbach am Kaiserstuhl Gemeinde (9931)